4-5 utrum ... mori] Cf. AUG., *Ench.*, 26, 101, ed. EVANS, CCSL 46, 103 (PL 40, 279), quod
in PETR. LOMB., *Sent.*, I, d. 48, c. 1, n. 2 (uol. I, 325) legitur. 12 dicit Glossa] Cf. *Gl. ord.*,
interl., in Ps. 100, 3-4 (*Biblia cum glossa*, ed. RUSCH, t. II, 581b): «Quod habet qui non uult omnia
que deus uult». 13 epistola ad Corinthios] Cf. II Cor. 10, 5 «et omnem altitudinem extollentem
se aduersus scientiam Dei et in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi».
13 ita] subaudi «in oratione»: cfr. red. c, p. 94, u. 24. 17 Glossa dicit] Cf. *Gl. ord.*, *margin.*, in
Mich. 2, 11 (*Biblia cum glossa*, ed. RUSCH, t. III, 406a): «Vtinam de spiritu meo, qui falli posset, et
non de spiritu dei, qui non mentitur».

L 23vb Item, quantum ad hoc quod constat de uoluntate dei assimilatur status eius statui futuro, quia si omnia isti reuelarentur que reuelantur ei angeli, si reuelaretur, non esset differentia inter status (quantum | ad scientiam, dico); et tu dicis quod tu potes uelle contrarium illius quod scit deum uelle; ergo a simili et alii qui sunt in patria possunt uelle contrarium etc., quia quantum ad hoc est similis illis. 25

Item, ex quo iste potest uelle contrarium illius quod scit deum uelle, quare non similiter dicere contrarium illius quod scit deum uelle? Dic quare. 30

Hiis rationibus moti DICIMVS quod nullus potest licite uelle contrarium eius quod scit deum uelle. Vnde secundum hanc opinionem hec est ratio quare nulli potest sua dampnatio reuelari: quia si reuelaretur, cum teneatur uelle illud quod scit deum uelle <teneretur uelle> se esse dampnandum, et ita desperaret, cum tamen 35 quilibet teneretur habere spem.

SET CONTRA. Nonne dominus dixit Iudeis «In peccatis uestris moriemini»? Set mori in peccatis est esse reprobum; et ita reuelauit eis quod essent reprobi.

V 190vb RESPONDEO. Dominus demonstrauit uage propter populum Iudaicum de | quo quidam erant reprobi quidam saluandi; et ita illi qui audiebant nesciebant pro quibus reddebatur locutio uera, et ita nulli facta est reuelatio sue reprobationis. 40

2. ITEM. Dominus per Ezechielem: «Si dicente me impio morte morieris et conuersus egerit penitentiam, saluabitur»; et ita dominus potest dicere impio “mori-eris”; set morte mori est in peccato mori, et hoc est esse reprobum; et ergo potest dicere alicui quod sit reprobus et ita alicui potest sua dampnatio reuelari. 45

RESPONDEO. Aliud est dicere aliud est reuelare. Reuelare est facere credere quod sit uerum; set licet dominus dicat alicui quod morte morietur, potest tamen licite credere quod dominus dicat illa locutione aliud quam ea significetur et debet hoc credere et quilibet si idem diceretur ei a domino uel ab angelo.

3. ITEM. Cum quidam falsus propheta prophetasset bonum populo Iudaico sicut in Ieremia_{28,6} legitur, «Amen, sic faciat dominus», 50

25 quantum] *om.* α 26 quia si] K | si autem α 28 contrarium ... uelle²] K | *om.* α 31 scit deum] K | *inu* V, scit L 31 uelle] K *om.* α 31 Dic quare] K | dicere V, die secundo (!) L 35 teneretur uelle] *scripsi* (cum Cb) | *om.* (*hom.*?) αK 36 spem] et hoc duo, scilicet desperare et habere spem sunt duo opposita *add.* α 39 Dominus] *dicimus* α 39 Iudaicum] α | *om.* K 43 dominus] *dicens* α

31 Dic quare] Ad intelligentiam argumenti, necnon ad iustificationem textus a nobis constituti, cf. GUILL. ALTISSIOD., *Sum. aur.*, I, tr. 12, c. 4, qu. 1, ed. RIBAILLIER, I, 230, et praesertim App. XXXV (I, 344): «Item indirecte, si licite possumus uelle contrarium eius quod scimus Deum uelle, eadem ratione licite possumus facere et dicere contrarium eius quod scimus Deum uelle, quia uoluta est radix locutionis et operis, et qualis est uoluta, talis est locutio et operatio; ergo si licet uelle contrarium eius quod scimus Deum uelle, licitum est dicere et facere contrarium eius quod scimus Deum uelle; quod manifeste falsum est». 37 dixit Iudeis] Ioh. 8, 21. 42 per Ezechielem] Cf. Ezech. 33, 14–15: «Si autem dixero impio: Morte morieris et egerit paenitentiam a peccato suo feceritque iudicium et iustitiam [...] vita uivet et non morietur».

CONTRA: ipse Ieremias prius prophetauerat malum et a spiritu sancto et scienter prophetauit; ergo sciuit quod hoc quod falsus propheta dixit erat contrarium uoluntati diuine; ergo non debuit illud orare, cum nullus debeat uelle contrarium etc.

RESPONDEO. Ieremias uoluit hoc uoluntate sensualitatis non rationis; uel dicatur quod non orauit hoc simpliciter, set sub condicione: si deo placeret.

4. ITEM. Ibidem dicit Glossa: «Optat fieri quod ille mentitur».

RESPONDEO. Optat, idest optaret si optabile esset. Simile: «Optabam anathema esse pro fratribus meis», idest: “optarem si optabile esset”. Item. Aliud simile: «Magnum chaos signatum est inter nos et uos ut qui uolunt hinc — idest: si uellent — non possent». Vel: optabat, idest: “modo optantis se habuit”. Simile in Marcho_{6,48}: Iesus uolebat discipulos preterire, idest “modo uolentis preterire se habuit”: orabat enim pro eis et compatiebatur eis. Vel: optabat hoc ex sensualitate.

Et nota quod [hec] est uoluntas qua quis uult aliquid et est uoluntas qua quis non uult aliquid, set uellet, et hanc uoluntatem — potest dici — Ieremias habuit: uellet enim hoc fieri si deo placeret, et per hanc diffinitionem potest solui auctoritas Augustini: «Viuit peccandi uoluntas et sequeretur opus si speraretur impunitas».

Item, uide quod sequitur in Glossa premissa, scilicet «Et potius | illud uellet quam se uerum dicere». Vnde alius propheta ait: «Vtinam essem uir non habens spiritum propheticum et mendacium potius loquerer». Set nonne ex quo habuit caritatem debuit potius uelle alium peccare quam se? Vtique. Ergo sic expone, idest: de eo quod ille dixit potius uellet esse uerum quam de eo quod ipse dixit; et hoc “si deo placeret”, supple, alioquin restaret questio.

5. ITEM. Ex quo Abraham tenebatur credere se facturum quiddam quod erat contrarium iuri naturali in genere, et hoc ratione precepti, scilicet se immolaturum filium, et ex quo Petrus teneretur domino credidisse si idem dictum esset ei eo

K 114^{rb}

54 contrarium] α | om. K 56 dicatur] K | dico L, dicam V 58 mentitur] meretur α 59–60 Simile ... esset] om. α 61 uolunt] uoluit α 62 habuit] habebat α 63–64 preterire se habuit] K | se habebat preterire uel habuit L, se habebat preterire V 64 ex] K | est α 66 Ieremias habuit] K | Ieronimus habuisset α 67 diffinitionem] K | dictionem α 68 sequeretur] scilicet add. α 69 illud] K | uellet mentiri L, mentiri V 73 uellet] K | uellem α 73 de eo] K | om. α 73 dixit] dicit K | dixerat α 75 quod] K | et α 76 scilicet] K | om. α 76 immolaturum] K | immolare α

58 dicit Glossa] *Gl. ord., marg.*, in Ier. 28, 6 (*Biblia cum glossa*, ed. RUSCH, t. III, 144a). 59–60 Optabam ... meis] Rom. 9, 3. 60–61 Aliud simile] Cf. Lc. 16, 26 «Et in his omnibus inter nos et vos chasma magnum firmatum est ut hii qui uolunt hinc transire ad uos non possint neque inde huc transire». 67–68 auctoritas Augustini] AUG., *En. Ps.*, 118, sermo 25, 7 (CCSL 40, 1752, u. 20s.); PETR. LOMB., *Ps.*, 118, 120 (PL 191, 1103 B); ipsius Stephani q. CAMB096 *De timore seruili* (QUINTO 1994, 226; ed. QUINTO 1992, 141). 69 in Glossa] *Gl. ord., marg.*, in Ier. 28, 6 (*Biblia cum glossa*, ed. RUSCH, t. III, 144a): «Et cupit pro rerum prosperitate magis illum quam se uera dicere, unde alius propheta: “Vtinam non essem uir habens spiritum et mendacium potius loquerer”». 70 propheta] Scil. Mich. 2, 11.

tempore quando dictum est ei «antequam gallus cantet ter me negabis», a simili quare non teneretur credere se peccatum mortaliter? Et si hoc, alicui potest reuelari quod peccabit mortaliter; sit ita: iste tenetur credere quod peccabit mortaliter et scit quod si peccet mortaliter deus uult permittere eum peccare; ergo tenetur uelle idem — deum uelle permittere eum peccare —, etsi hoc contrarium deberet orare, ne permetteret eum deus cadere, quia sic docuit deus orare dicens «et ne nos inducas in temptationem», idest: “ne permittas nos cadere”.

L 24^{ra} Propter hoc DICIMVS quod nulli potest reuelari se peccatum mortaliter, quia nunquam homo erat in tali statu nec potest esse in presenti quin semper deberet orare ne deus permittat eum cadere, set si fieret talis | reuelatio non deberet hoc orare cum sciret deum uelle contrarium.

6. ITEM. Numquid potest alicui reuelari se uenialiter peccatum?

Hoc VIDETVR, cum homo sciat quod nullo modo possit esse in presenti diu quin saltem moueatur primo motu. Hoc etiam probetur sicut supra probatum est de mortali.

Quod si est, CONTRA: sit quod reuelatum sit alicui quod peccabit uenialiter. Iste scit se peccatum uenialiter, ergo scit deum uelle hoc permittere; hoc ergo debet idem uelle, scilicet deum uelle permittere hoc.

CONTRA. Bonum est orare ut caueamus, uel uelle cauere uelle peccare, quia bonum est cauere; ergo licite potest iste orare ut caueat uel uelle cauere, et ita potest licite uelle contrarium eius quod scit deum uelle.

V 191^{ra} RESPONDEO. Sicut non potest alicui reuelari se peccatum mortaliter, ita nec uenialiter. De tali ueniali loquor quod subest libero arbitrio ut ebrietas et similia, quod si talis reuelatio posset fieri homini, cum ex reuelatione constaret ei deum uelle permittere se peccatum uenialiter non debet uelle contrarium; de talibus uero peccatis que | insurgunt in homine uelit nolit non debet homo orare ne surgant, cum sciat hoc esse impossibile, set debet orare ne procedant semper; ergo debeo orare ne deus permittat me cadere mortali uel ueniali tali quod subiciatur libero arbitrio.

SET nonne Petrus tenebatur credere deum dixisse se negaturum Christum?

RESPONDEO. Non, immo aliud illis uerbis.

7. ITEM. Iste scit se peccasse, ergo scit deum uoluisse subtrahisse sibi gratiam, ergo debet uelle idem; ergo debet ei placere quod deus subtraxit sibi gratiam.

79 Et] K | set α 82 uelle²] K | om. α 83 quia] K | et si hoc α 83 docuit] non debet α 83 dicens] K | om. α 86 homo erat] K | potest esse α 88 cum] K | si α 97 ergo] K | ita α 100 et similia] K | om. α 101 deum] K | dominum α 102 se peccatum uenialiter] K | om. α 105 uel] K | pro α 110 ergo ... gratiam] om. α

78 antequam ... negabis] Mt. 26, 34. 83–84 et ... temptationem] Mt. 6, 13; Lc. 11, 4.

RESPONDEO. Debet uelle deum uoluisse subtraxisse sibi gratiam, non tamen debet placere ei, nec iste qui est in actu peccati debet optare ut sibi gratia subtrahatur, licet uelle debeat. Differentia enim est inter uelle et optare: uelle est consentire, optare est delectari. Vnde super illum locum in Canticis^{8,14} «Fuge dilecte mi et
115 assimilare etc.», dicit Glossa: «Non est uox optantis. Quis enim optat eum quem diligit fugere? Set memor sue condicionis diuine uoluntati consensit». Debet ergo uelle deum subtraxisse sibi gratiam, non tamen se peccasse; ergo potest uelle hoc, scilicet deum uelle.

SET nonne posset <optare>, quia optatio est delectatio, sicut dictum est?

120 DICIMVS quod non.

8. ITEM. Reuelatum est michi istum esse reprobum; numquid eum teneor diligere ad uitam eternam quia proximus meus est, cum sciam deum uelle contrarium? Hoc etiam uidetur: «Omnia quecumque uultis ut faciant uobis homines eadem facite illis». Si in tali statu esses, tu uelles ut oraret pro te ad uitam eternam; ergo
125 idem debes facere.

RESPONDEO. Non debeo istum diligere ad uitam eternam quem scio esse reprobum, nec orare ut habeat uitam eternam. Quod uero dicitur: «Quodcumque uultis ut faciant uobis homines hec eadem facite illis», sic intellige, idest: “quecumque debetis uelle”, et hoc non debeo uelle, et si essem in tali statu non deberem uelle
130 ut aliquis oraret pro me.

Nota quod si possibile esset quod alicui reuelaretur sua dampnatio, et fieret talis reuelatio, teneretur desperare et sperare similiter, et ita teneatur ad duo contradictorie opposita sicut dyabolus.

9. ITEM. Si tu scias istum esse prescitum, non debes orare | pro isto; eodem
135 modo si ecclesia sciat, non debet orare pro isto; set possibile est istum saluari et non nisi per merita ecclesie (quicumque enim saluatur per merita ecclesie saluatur); ergo, cum ecclesia sciat quod possibile, debet niti ad hoc ut saluetur, et ita ecclesia debet orare pro isto.

K 114^{va}

RESPONDEO. Non debet. Set sicut possibile est quod saluetur, ita possibile est
140 quod ecclesia oret pro isto, immo debeat orare.

111 RESPONDEO ... gratiam] *om.* α 112 in actu] *om.* α 112 peccati] α | *om.* K 115 eum] *om.* α 116 fugere] K | fugiendum α 119 optare] *suppl.* (*cum* Cb) | *om.* αK 120 DICIMVS quod non] *ante* Set nonne posset (u. 119) *loc.* αK 124 uelles] K | deberes uelle L, debes uelle V 128 uobis ... intellige] K | etc. α 129 uelle¹] *om.* α 137 possibile] α | pos- K, est istum saluari *add.* α (possibile esse Cb) 137 debet niti] K (*cum* Cb) | *inu.* α 137 ut] K (*cum* Cb) | quod α

115 dicit Glossa] *Gl. ord., marg.*, in Cant. 8, 12 (*Biblia cum glossa*, ed. RUSCH, t. II, 723b): «Non optando loquitur; quis enim optet eum quem diligit fugere, set memor sue conditionis illius uoluntati consentit». 123–124 Omnia ... illis] Mt. 7, 12.

10. ITEM. Duo sunt mortui et constet ecclesie alterum esse reprobum, set nesciat utrum: ecclesia uult istos saluari quia istum uult saluari et illum similiter, ergo istos.

CONTRA. Scit deum uelle istos saluari, ergo debet et idem uelle.

RESPONDEO. Hoc est duplex: "ecclesia uult istos saluari"; aut intelligitur de dicto aut de re. Si de dicto, falsa est: non enim uult hoc deum. Si de re duplex est similiter: composita falsa est, et secundum hoc "istos saluari" supponit optabile quoddam; si diuisim uera est, et est sensus: istos uult saluari.

SET sacerdos non dicet «Fidelium deus etc.»? Nonne dicet communem orationem pro illis? 150

NON, set pro utroque specialem.

11. ITEM. Augustinus: «Cum pro omnibus baptizatis offerantur sacrificia offeratur etc.», et ita ecclesia orat pro omnibus baptizatis defunctis et orat quod uult; ergo uult omnes saluari. Ergo uult contrarium illius quod scit deum uelle.

RESPONDEO. Auctoritas sic intelligenda: «Cum pro omnibus», idest pro quibuscumque siue pro istis siue pro illis: ita hec dictio 'omnibus' non tenetur collectiue. Simile: mulier accedens ad omne pecus, idest ad quodcumque, siue ad istud siue ad illud. 155

12. ITEM. Cum Christus petierit remotionem calicis quam noluit, quare non potest homo similiter petere contrarium eius quod scit deum uelle? 160

RESPONDEO. Christus non petiit hoc simpliciter set sub condicione uoluntatis patris.

149 dicet] K | dicit α 155 Auctoritas] *scripsi* (*cum* Cb) | actio K, dictio α 157 quodcumque] omne α 160 similiter petere] K (*cum* Cb) | uelle similiter α 162 patris] et illud petiit ex sensualitate non ex ratione cum (ratio [!] *add.* L) uolebat sensualitate (-tem L) ita orare (orare *om. sed postea rest. et post nec loc.* L) nec fuerunt in (in *om.* L) Christo contrarie uoluntates *add.* α

149 Fidelium deus etc.] Cf. *Rituale Romanum*, Exsequiarum ordo, c. 3, Absolutio supra defunctum, Oremus (*Rituale* 1925, 123). 152 Augustinus] Cf. *Aug., Ench.*, 29, 110, CCSL 46, 108–109 (PL 40, 283–284): «Cum ergo sacrificia, siue altaris siue quarumcumque eleemosynarum, pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro ualde bonis gratiarum actiones sunt, pro non ualde bonis propitiationes sunt, pro ualde malis etiam si nulla sunt adiumenta mortuorum qualescumque uiuorum consolationes sunt. Quibus autem prosunt, aut ad hoc prosunt ut sit plena remissio, aut certe ut tolerabilior fiat ipsa damnatio». 159 calicis] Cf. Mt. 26, 39.42.

[Redactio c]

Vtrum homo licite possit uelle
contrarium eius quod scit deum uelle

5 Queritur si homo licite possit uelle contrarium eius quod scit deum uelle; ut si uelit patrem meum mori et sciam *eum uelle hoc: nunquid* possum uelle contrarium?

1. QUIDAM DIXERVNT *quod bene possum uelle contrarium eius quod scio deum uelle ut in casu proposito*, nec ideo uoluntas mea contraria est uoluntati dei, nec uolo contrarium uoluntati *dei*, set uolito uoluntatis *dei*, et ita uolita sunt contraria, sicut
10 si nescirem uoluntatem dei et uellem patrem meum uiuere licet deus uellet eum mori, *non ideo uoluntas mea esset contraria uoluntati dei, set uolita essent contraria, non uoluntates.*

SET CONTRA. Super illum locum Psalmi_{100,3-4} «Non adhesit michi cor prauum» dicit Glossa: «Prauam, idest distortum, habet cor qui non uult omnia que | deus
15 uult».

Item, in illo Psalmo_{26,1} «Dominus illuminatio mea» super illum uersum et «qui iuxta illam omnes qui recti sunt corde» dicit Glossa: «Rectum cor habet qui uult hoc quod scit deum uelle».

Item, in fine epistule ad Colossenses_{4,12}: «ut simus pleni et perfecti in uoluntate dei», ibi dicit Glossa idem.

Item, sicut dicitur in epistola ad Corinthios, debemus petere ita, ut supponamus uoluntatem nostram uoluntati *dei in omnibus*. *Item, sub hac condicione debemus petere ut det nobis quod petimus: «sicut scis et sicut uis et sicut nouisti expedire», ut dicit Augustinus. Cum ergo in omni oratione debemus supponere uoluntatem nostram uoluntati
25 dei, ergo a simili in uoluntate, et ita debeo uelle omne quod scio deum uelle.*

CAMB018, Redactio c: Cb 253^{va}–254^{vb} — In hac redactione eae sententiae inclinatis litteris imprimuntur, quae identice etiam in redactione a inueniuntur

2–4 Vtrum ... uelle] Cb *Index* 13 Psalmi] spali *praem. sed del.* Cb

6 possum uelle contrarium] Cf. AUG., *Ench.*, 26, 101, CCSL 46, 103 (PL 40, 279). 14 dicit Glossa] Cf. *Gl. ord., interl.*, in Ps. 100, 3–4 (ed. RUSCH, t. II, 581b): «Quod habet qui non uult omnia que deus uult». 16–17 qui ... corde] Ps. 93, 15. 17 dicit Glossa] PETR. LOMB., Ps. 93, 15 (PL 191, 870): «Et qui habent eam, id est iustitiam, omnes sunt recto corde, id est hoc uolunt quod Deus uult», necnon *Gl. ord., interl.*, in eodem (*Biblia cum glossa*, t. II, 576a). 21 ad Corinthios] Cf. II Cor. 10, 5 «et omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei et in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi». 23–24 dicit Augustinus] Cf. AUG., *Cura mort.*, 16, 20, ed. J. ZYCHA, CSEL 41, 654, 8–9.

Item, Micheas^{2,11} dixit «Vtinam essem uir non habens spiritum et mendacium potius loquerer» et Glossa dicit: «Optabat alio spiritu loqui et ita non potuit licite aliud loqui quam sciuit deum uelle».

Item, iste scit deum uelle patrem suum mori, ergo scit hoc esse iustum, ergo scit contrarium esse iniustum, ergo non debet uelle illud. 30

Item, si dicatur quod licite potest uelle patrem suum uiuere et hoc propter pietatem et compassionem, a simili potest uelle istum reprobum saluari, de cuius reprobatione constat.

SET CONTRA. *Iste scit quod si ille sit reprobus nunquam saluabitur; ergo scit quod si necessarium est eum esse reprobum impossibile est eum saluari; set necessarium est eum esse reprobum (sit quod deus iusserit, ergo impossibile est eum saluari), et uult etiam saluari; ergo uult quiddam quod scit impossibile; ergo stulte uult illud.* 35

Item, quantum ad hoc quod constat isti de uoluntate dei per reuelationem, assimilatur status eius statui futuro, quia si omnia reuelarentur isti que reuelantur *illis qui sunt in celo nichil differret status illius a statu illorum quantum ad scientiam; et dicis quod iste potest uelle contrarium eius quod scit deum uelle per reuelationem; ergo a simili qui sunt in patria possunt similiter uelle contrarium eius quod sciunt deum uelle, quia quantum ad hoc quod iste scit uoluntatem dei similis est illis qui sunt in patria.* 40

Item, ex quo iste potest uelle contrarium eius quod scit deum uelle, quare non *eodem modo* potest dicere contrarium eius quod scit deum uelle? 45

Hiis rationibus moti DICIMVS quod nullus potest licite uelle contrarium eius quod scit deum uelle. Vnde secundum hanc opinionem hec est ratio quare nulli potest reuelari sua dampnatio, quia *si reuelaret alicui sua dampnatio*, cum teneatur *non uelle contrarium eius quod scit deum uelle, teneretur uelle se esse dampnandum et ita desperare* cum tamen quilibet teneatur habere spem. 50

SET CONTRA. Nonne dominus dixit Iudeis «In peccatis uestris moriemini»? set mori in peccatis est esse reprobum; et ita reuelauit Iudeis quod essent reprobi.

Cb 254^{ra} RESPONDEO. Reuera dominus | uage destinauit populum Iudaicum de quo quidam erant reprobi quidam saluandi; et ita illi qui audiebant nesciebant pro quibus reddebatur locutio uera. Et ita nulli facta est reuelatio sue reprobationis; *et est talis modus loquendi sicut si dicam duobus "mali homines estis" quia de genere mali sunt.* 55

2. ITEM. Dominus per Ezechielem^{33,14}: «Si dicente me impio "morte morieris" et conuersus penitentiam egerit, saluabitur»; et ita potest dominus dicere impio

36 deus iusserit] deus serit Cb 50 desperare] desperare (!) Cb, *sed forsitan mendose, cum red. 'a' desperaret habeat* 56 dicam] dicam (?) *in plica folii codicis, unde de eo quod legimus dubitare licet*

27 Glossa dicit] Cf. *Gl. ord., marg.*, in Mich. 2, 11 (*Biblia cum glossa*, ed. RUSCH, t. III, 406a): «Vtinam de spiritu meo, qui falsi posset, et non de spiritu dei, qui non mentitur». 51 In peccatis ... moriemini] Ioh. 8, 21. 57 per Ezechielem] Cf. Ezech. 33, 14: «Si sin autem dixero impio morte morieris et egerit paenitentiam a peccato suo feceritque iudicium et iustitiam».

“morte morieris”, et morte mori hoc est in peccato mori; et hoc est esse reprobum; ergo potest dicere alicui quod sit reprobus et ita potest reuelare alicui suam dampnationem.

RESPONDEO. Aliud est dicere aliud est reuelare. Reuelare enim est facere credere quod sit uerum; set licet dominus dicat alicui quod morte morietur, potest tamen licite credere quod dominus dicat aliud uoce quam ea significetur et debet hoc credere; *siue ergo dominus siue angelus dixerit michi “morte morieris” nunquam crederem quod diceret uerbis id quod communiter illis significatur.*

3. ITEM. Cum quidam falsus propheta prophetasset bonum populo Iudaico sicut in Ieremia^{28,6} legitur, dixit Ieremias «Amen, sic faciat dominus»,

CONTRA: ipse Ieremias prius prophetauerat malum et a spiritu sancto et scienter prophetauit; ergo sciuit quod hoc quod falsus propheta dixit erat contrarium uoluntati diuine; ergo non debuit id orare cum nullus debeat uelle contrarium *eius quod scit deum uelle.*

RESPONDEO. Ieremias uoluit hoc uoluntate sensualitatis, non rationis; uel dicitur quod non orauit simpliciter set sub condicione, scilicet si deo placeret.

4. ITEM. Ibidem dicit Glossa: «Optat fieri quod ille mentitur»; *uidetur ergo male optare, cum sciuit deum uelle contrarium; uel: si optabat fieri et licite, ergo a simili licite potuit uelle; et si hoc, aliquis licite potest uelle contrarium eius quod scit deum uelle.*

RESPONDEO. Optat fieri, idest optaret si optabile esset. Simile: «Optabam anathema esse pro fratribus meis», idest: “optarem si optabile esset”. Item, aliud simile: «Magnum chaos signatum est inter nos et uos ut qui uolunt – idest: etsi uellent – non possent». Vel: ‘optabat’ idest: “modo optantis se habuit”. Simile in Marcho^{6,48} Iesus uolebat discipulos preterire, idest: “modo uolentis preterire se habuit”. Vel: optabat hoc ex sensualitate (orabat enim pro eis et compatiebatur eis).

Item, notandum quod est uoluntas qua quis uult aliquid et est uoluntas qua quis non uult aliquid, set uellet, et hac uoluntate potest dici *quod Ieremias uoluit fieri quod ille falsus propheta predixit*: uellet enim fieri si dominus placeret et per hanc distinctionem potest solui illa auctoritas Augustini: «Viuit peccandi uoluntas et sequeretur opus si speraretur impunitas».

64 dominus] *interl.* Cb 71 uelle] uelle *ex orare s.l.* Cb

75 dicit Glossa] *Gl. ord., marg.*, in Ierem. 28, 6 (*Biblia cum glossa*, ed. RUSCH, t. III, 144a). 78–79 Optabam ... meis] Rom. 9, 3. 80–81 Magnum ... possent] Cf. Lc. 16, 26: «Et in his omnibus inter nos et uos chasma magnum firmatum est ut hii qui uolunt hinc transire ad uos non possint neque inde huc transmeare». 88 auctoritas Augustini] AUG., *En. Ps.*, 118, sermo 25, 7 (CCSL 40, 1752, u. 20s.); PETR. LOMB., *Ps.*, 118, 120 (PL 191, 1103 B); ipsius Stephani q. CAMB096 *De timore seruili* (QUINTO 1994, 226; ed. QUINTO 1992, 141).

Item, uide quod sequitur in Glossa premissa: «Et potius illud uellet quam se uerum dicere». Vnde Micheas_{2,11} ait: «Vtinam essem uir non habens spiritum propheticum et mendacium potius loquerer». Set nonne ex quo habuit caritatem debuit uelle potius alium peccare quam se? Vtique. Ergo sic expone: idest de eo quod ille dixit potius uoluit esse uerum quam de hoc quod ipsemet dixit; et hoc “si deo placeret”, suple, alioquin restaret questio, *quia nec de hoc quod ipsemet dixit deberet uelle simpliciter potius esse factum cum sciret deum uelle contrarium.*

5. ITEM. Ex quo Abraham | tenebatur credere se facturum quiddam quod est contrarium iuri naturali in genere, et hoc ratione precepti, scilicet se immolaturum filium, et ex quo Petrus teneretur credidisse domino si dictum esset ei a domino eo tempore quando dictum est istud «antequam gallus cantet ter me negabis», quare non eodem modo tenebatur credere se peccaturum mortaliter? Et si hoc, *ergo uerum est quod* alicui potest reuelari *se peccaturum* mortaliter; sit ita: iste tenetur credere *se peccaturum* mortaliter et scit quod si peccet mortaliter deus uult permittere eum peccare; ergo teneretur uelle idem, *scilicet* deum uelle permittere eum peccare *cum in omnibus debeat uelle omne id quod scit deum uelle; alioquin distortum haberet cor; etsi hoc contrarium deberet orare, ne permetteret eum deus cadere*, quia sic docuit deus orare, dicens «et ne nos inducas in temptationem», idest “ne permittas nos cadere”.

Propter hoc DICIMVS quod nulli potest reuelari se peccaturum mortaliter, quia nunquam erat homo in tali statu nec potest esse in presenti quin semper debeat orare ne deus permittat eum cadere, set si fieret talis reuelatio non deberet orare hoc cum sciret deum uelle *permittere hoc; et ita deberet uelle deum uelle permittere cum debeat uelle omne id quod scit deum uelle.*

6. ITEM. Numquid potest alicui reuelari se peccaturum uenialiter? Hoc uidetur, cum sciat quod nullo modo possit esse in presenti diu quin moueatur saltem primo motu. Hoc probetur sicut supra probatum est de mortali.

Et si hoc, CONTRA: sit quod reuelatum fuerit alicui quod peccabit uenialiter. Iste scit se peccaturum uenialiter; ergo scit deum uelle permittere; hoc ergo debet uelle idem, *scilicet deum uelle permittere se peccaturum uenialiter.*

CONTRA. *Bonum est cauere ueniam peccatum, ergo bonum est ut caueat, uel uelle cauere*; ergo licite potest iste orare ut caueat uel uelle cauere, et ita potest licite uelle contrarium eius quod scit deum uelle.

110 erat] erat *scripsi* (cum 'a') | erit Cb

90 in Glossa] *Gl. ord., marg.*, in Ierem. 28, 6 (*Biblia cum glossa*, ed. RUSCH, t. III, 144a): «Et cupit pro rerum prosperitate magis illum quam se uera dicere, unde alius propheta: “Vtinam non essem vir habens spiritum et mendacium potius loquerer”». 98–99 immolaturum filium] Cf. Gen. 22, 2. 100 antequam ... negabis] Mt. 26, 34. 105–106 distortum ... cor] Cf. supra p. 94, u. 14–15. 107 et ne ... temptationem] Mt. 6, 13; Lc. 11, 4. 115–116 primo motu] Cf. Stephani q. CAMB032 *De primis motibus*, ed. LOTTIN 1931, 103–115 (reimpressam in *Psychologie et morale*, II-I, 1948, 504–513).

RESPONDEO. Sicut non potest reuelari alicui se peccatum mortaliter, ita nec uenialiter. De tali loquor uenialiter quod subest libero arbitrio, ut ebrietas et similia, quia si posset talis reuelatio fieri homini, cum ex reuelatione constaret ei deum uelle 125
 130
 135
 140
 145
 150
 155
 160
 165
 170
 175
 180
 185
 190
 195
 200
 205
 210
 215
 220
 225
 230
 235
 240
 245
 250
 255
 260
 265
 270
 275
 280
 285
 290
 295
 300
 305
 310
 315
 320
 325
 330
 335
 340
 345
 350
 355
 360
 365
 370
 375
 380
 385
 390
 395
 400
 405
 410
 415
 420
 425
 430
 435
 440
 445
 450
 455
 460
 465
 470
 475
 480
 485
 490
 495
 500
 505
 510
 515
 520
 525
 530
 535
 540
 545
 550
 555
 560
 565
 570
 575
 580
 585
 590
 595
 600
 605
 610
 615
 620
 625
 630
 635
 640
 645
 650
 655
 660
 665
 670
 675
 680
 685
 690
 695
 700
 705
 710
 715
 720
 725
 730
 735
 740
 745
 750
 755
 760
 765
 770
 775
 780
 785
 790
 795
 800
 805
 810
 815
 820
 825
 830
 835
 840
 845
 850
 855
 860
 865
 870
 875
 880
 885
 890
 895
 900
 905
 910
 915
 920
 925
 930
 935
 940
 945
 950
 955
 960
 965
 970
 975
 980
 985
 990
 995

ET QUID? Nonne Petrus tenebatur credere deum dixisse se negaturum Christum?

RESPONDEO. Non, immo aliud illis uerbis.

7. ITEM. *Iste est in actu fornicandi et scit deum uelle subtrahere sibi gratiam, et uelle etiam subtrahere; ergo debet uelle idem et ita optare.*

CONTRA. *Debet dolere de subtractione gratie, non ergo debet uelle subtractionem gratie fieri.*

Item, iste scit se peccasse; ergo scit deum uoluisse subtrahere gratiam sibi et debet uelle omne id quod scit deum uelle, ergo debet uelle idem; ergo debet ei placere quod deus subtrahit sibi gratiam.

RESPONDEO. Debet uelle deum uoluisse subtrahere sibi gratiam, non tamen debet placere, nec iste qui est in actu peccati debet optare ut sibi gratia subtrahatur, licet uelle debeat. Differentia enim est inter uelle et optare: uelle est consentire, optare est delectari. Vnde super illum locum in Canticis^{8,14} «Fuge dilecte mi et assimulare capree hynnuloque ceruorum», dicit Glossa: «Non est uox optantis. Quis enim optat eum quem diligit fugere? set memor sue condicionis diuine uoluntati consensit». Debet ergo uelle deum subtrahere sibi gratiam, non se peccasse; licite ergo potest uelle hoc et tamen dolere de eodem. Item, «Conuertantur peccatores in infernum». Glossa: «Non est optatio set predictio».

CONTRA. *Nonne licite potuit optare hoc cum sciuit deum uelle hoc?*

RESPONDEO. *Licite potuit uelle, non tamen optare: ut supra dictum, est optare est delectari, et ideo dicitur "non est optatio set predictio".*

9. ITEM. Reuelatum est michi istum esse prescitum; numquid teneor eum diligere ad uitam eternam ex quo est proximus meus et ita eum habere uitam eternam, cum sciam deum uelle contrarium, et ita uelle contrarium eius quod scio deum uelle? Hoc etiam uidetur: «Quid tibi uis fieri alii feceris». Si in tali statu esses, et possibile

146 dicit Glossa] *Gl. ord., marg.*, in Cant. 8, 12 (ed. RUSCH, t. II, 723b): «Non optando loquitur; quis enim optet eum quem diligit fugere, set memor sue conditionis illius uoluntati consentit». 149–150 Conuertantur ... infernum] Ps. 9, 18. 150 Glossa] Cf. AUG., *S. dom. m.*, I, 22, 76 (CCSL 35, 86). 157 Quid ... feceris] Cf. Tb. 4, 16; Mt. 7, 12; Lc. 6, 31; HIER., *Epist.*, 121, 8 (CSEL 56/1, 33¹⁰); AUG., *S.*, 9, 10, 15 (CCSL 41, 136⁵³³); ОТТО 1962, 16.

esset quod scires te esse reprobum, tu uelles ut ille oraret pro te ad uitam eternam; ergo idem debes ei facere.

RESPONDEO. Non debeo diligere istum, *quem scio reprobum*, ad uitam eternam, nec orare ut habeat uitam eternam. Quod uero dicitur: «Quodcumque uultis ut faciant uobis homines hec eadem facite illis», sic intellige, idest: quaecumque uelle debetis, *in statu scilicet communi, et modo (!) uelle debeo quod* si essem in tali statu *ne aliquis oraret pro me.*

Notandum quod si possibile esset quod alicui reuelaretur sua *perditio*, et fieret talis reuelatio, teneretur desperare et sperare *quia teneretur* ad duo contradictorie opposita sicut diabolus.

9. ITEM. *Tu scis* istum esse prescitum; sit ita: non debes orare pro isto; eodem modo, si ecclesia sciat *istum esse reprobum* non debet orare pro eo; set possibile est istum saluari et non nisi per merita ecclesie (quicumque enim saluatur per merita ecclesie saluatur); ergo cum ecclesia sciat possibile esse, debet niti ad hoc ut saluetur, et ita ecclesia debet orare pro isto.

RESPONDEO. Sicut possibile est quod iste saluetur ita possibile est *ecclesiam orare pro eo.*

10. ITEM. *Redigatur ecclesia usque ad x personas et sit quod* duo sint mortui et constet ecclesie alterum esse reprobum, set nesciat utrum: ecclesia uult istos saluari quia istum uult saluari et illum similiter, ergo istos; *quod si est, ergo contrarium eius uult quod scit deum uelle.*

RESPONDEO. Hoc duplex “ecclesia uult istos saluari”; *potest enim fieri sermo* de re uel de dicto. Si *fiat sermo* de dicto, falsa est *quia nichil dictum est “uult hoc deum”*. *Secundum hoc quod fit sermo de re, duplex est quia potest intelligi composite, et secundum hoc falsa est, quia secundum hoc hec uox ‘istos saluari’ designat optabile quiddam et ideo falsa.* Si intelligatur diuisim, uera est, et est sensus: istos uult saluari.

SET sacerdos cum orat pro illis dicetne «Fidelium deus *omnium conditor et redemptor animabus famularum*» uel quid dicit? *Nonne dicit* orationem communem pro illis?

NON, set pro utroque specialem.

11. ITEM. Augustinus dicit: «Cum pro omnibus baptizatis defunctis sacrifi-

158 ad] ad *scripsi cum ‘a’* | om. Cb 171–172 cum ... et ita] om. *sed rest. i.m.* Cb 188 omnibus] omnibus *scripsi (cum Aug. et ‘a’)* | quibuscumque Cb

161–162 Quodcumque... illis] Mt. 7, 12. 175 x personas] Forsitan resp. Gen. 18, 32.

184–185 Fidelium ... famularum] Cf. *Missa plurimum defunctorum*, Exequiarum ordo, Oremus (*Rituale* 1925, 124). 188 Augustinus dicit] Cf. AUG., *Ench.*, 29, 110 CCSL 46, 108–109 (PL 40, 283–284): «Cum ergo sacrificia, siue altaris siue quarumcumque eleemosynarum, pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro ualde bonis gratiarum actiones sunt, pro non ualde bonis propitiationes sunt, pro ualde malis etiam si nulla sunt adiumenta mortuorum qualescumque uiuorum consolationes sunt. Quibus autem prosunt, aut ad hoc prosunt ut sit plena remissio, aut certe ut tolerabilior fiat ipsa damnatio».

190 cia ecclesie offerantur quibusdam etc.», et ita ecclesia orat pro omnibus baptizatis defunctis et orat quod uult; ergo uult omnes baptizatos defunctos saluari.

CONTRA. *Scit deum nolle, ergo uult quiddam cuius | contrarium scit deum uelle.*

Cb 254vb

RESPONDEO. Auctoritas sic intelligenda est. «Cum pro omnibus etc.», idest: pro quibuscumque offerantur, idest siue pro istis siue pro illis offerantur, *habent aliquem sequentium effectuum*; uel Glossa “et ita”: et hec dictio ‘omnibus’ non tenetur collectiue. Simile: mulier accedens ad omne pecus, idest: “ad quodcumque”, quasi “siue ad illud siue ad istud”.

12. ITEM. Ex quo Christus petiit amotionem calicis quam uoluit et sciuit quod hoc noluit pater, quare non potest homo similiter petere contrarium eius quod scit deum uelle?

200 RESPONDEO. Christus non petiit hoc simpliciter set sub condicione uoluntatis patris.

13. ITEM. *Iste est prescitus et tamen bonus; sit ita: iste meretur uitam eternam, et dignus est uita eterna, et debet habere uitam eternam, ut ‘debet’ notet debitum, respiciat meritum. Non tamen iustum est ut habeat: non enim exigit iustitia dei ut habeat uitam eternam qui finaliter esset bonus.*

205 *Item, auctoritas dicit quod omnes sancti optauerunt ramos oleastri saluari cum oliua, hoc est plenitudinem gentium cum Iudeis; set sciuerunt bene quod hoc noluit deus, et ita uoluerunt quiddam cuius contrarium sciuerunt deum uelle.*

210 RESPONDEO. *Optabant, idest modo optantium se habebant (compatientur enim eis); uel: optabant, idest optarent si deo placeret.*

194 sequentium] effectum *praem. sed del.* Cb

206 auctoritas] *Gl. ord., marg., ad Is. 17, 12 (Biblia cum glossa, ed. RUSCH, t. III, 31b).*

CZY WOLNO CZŁOWIEKOWI CHCIEĆ CZEGOŚ,
O CZYM WIE, ŻE JEST PRZECIWNIE TEMU, CO CHCE BÓG?
WYDANIE KRYTYCZNE JEDNEJ KWESTII
STEFANA LANGTONA († 1228)

S T R E S Z C Z E N I E

Pochodząca z *Quaestiones theologiae* Stefana Langtona kwestia, która stanowi przedmiot niniejszej edycji, stawia pytanie: „Vtrum homo licite possit uelle contrarium eius quod scit deum uelle?”. Jest ona oznaczona numerem 18 na liście kwestii Langtona odnalezionej w rękopisie z Cambridge, St. John's Library, C 7. Natomiast, gdybyśmy mieli uporządkować *Quaestiones* Langtona w porządku, w jakim dyskutował je, wykładając *Sentencie* Piotra Lombarda, to nasza kwestia należałaby do materii księgi pierwszej, a dokładniej do tej części dzieła, gdzie rozważa się niektóre atrybuty Boga jedyne (po uprzednim przedstawieniu zagadnień związanych z Trójcą). Artykuł niniejszy składa się z wprowadzenia oraz właściwej edycji krytycznej trzech zachowanych wersji *quaestio*. We wstępie dowodzi się, że trzy wersje kwestii mają za pierwowzór dysputę, której Langton przewodniczył podczas wykładów w swojej szkole. Została ona zapisana przez dwóch skrybów (*reportatores*), których kopie dały początek dwóm wersjom rękopiśmiennym tekstu. Pierwsza *reportatio* (= *reportatio b*) została zachowana w tekście przekazanym przez jedną rodzinę rękopisów (= rodzina φ); druga *reportatio* (= *reportatio a*) dała po przepracowaniu dwa warianty tekstu, z których jeden został przekazany przez rodzinę rękopisów (= rodzina ψ), drugi zaś przez pojedynczy rękopis.

Trzy różne wersje zostały tu opublikowane tak, jak przekazała je nam rękopiśmienna tradycja, bez próby połączenia ich w jeden tekst harmonizujący trzy reportacje. W ten sposób możemy przestudiować trzy zapisy tego samego tekstu, który w swojej pierwotnej wersji, to znaczy w takiej, w jakiej został wygłoszony, jest już dla nas bezpowrotnie stracony.

IS IT ADMISSIBLE FOR A MAN TO WILL DIFFERENTLY FROM
 GOD (IF, INDEED, HE KNOWS WHAT GOD WILLS)?
 A CRITICAL EDITION OF A THEOLOGICAL *QUAESTIO*
 BY STEPHEN LANGTON († 1228)

S U M M A R Y

In the article one of Stephen Langton's *Quaestiones theologiae* is published in a critical edition. The *quaestio* is devoted to the problem *Vtrum homo licite possit uelle contrarium eius quod scit deum uelle* and occupies position n° 18 in an index of Langton's *Quaestiones* found in MS Cambridge, St. John's College Library, C 7. In fact, if we were to order Langton's *Quaestiones* as if they were discussing the topics found in Peter Lombard's four books of *Sentences*, this *quaestio* would belong to Book I, more precisely to a section of the work where some attributes of the one God are discussed (after an account of the mystery of the Trinity has been given). The problem arises from the consideration of the divine attribute "will", where such questions occur as whether divine will is always fulfilled, or whether man is bound to will all that God wants (given that God's will is known by man). The article consists of a text-critical introduction followed by an edition of the three preserved versions of the *quaestio*. In the introduction it is argued that the three versions transmitted in the manuscript tradition all depend upon a unique disputation presided over by Langton in his school. The presence of three versions is explained by assuming that the disputation was recorded by two different scribes (*reportatores*), giving origin to two different written records of it (*reportationes*). The first *reportatio* (= *reportatio b*) has been elaborated into a text transmitted by a first textual family (= family φ); the second *reportatio* (= *reportatio a*) has been elaborated into two different texts, one transmitted by a second textual family (= family ψ) and one transmitted by a single MS. The different versions are published according to the strict rules of critical edition, without trying to produce a unique text harmonizing the three *reportationes*, but rather leaving them as the manuscript tradition has delivered them to us, in the conviction that each version represents a reception of the single oral performance that, in its actual wording, is irreparably lost.